Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31639
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

praecepta dicit. ueritatis lumine radiantia quae
tenebras hominum per totum mundum
salutari illuminatione fugauerunt. Dicit enim
tonitrua et coruscationes iste quod egerunt
ut terra id est corpora nostra commouerentur
et contremiscerent audito tanto miraculo.
Commotos et tremefactos illos dicit. qui uer
bum dei fideliter audientes. ad conuersationis
studium. Christi munere peruenerunt. In mari
uiae tuae et semitae tuae in aquis multis. et ues
tigia tua non cognoscentur. Si ad litteram
uoluerimus accipere. in mari fuit uia eius. quan
do super dorsa pelagi insualiter ambulans.
petrum apostolum ut ad se ueniret euocauit.
Siue magis illud intelligendum est. in ma
ri uiae tuae in cogitationibus hominum quae
uelut mare perfidum fluctuant. ubi ta
men ille uias habet. quando eas sibi larga
pietate subdiderit. Aquae multae. id est con
uersarum turba gentium. ubi sunt semitae
domini id est uiae ipsius. dum ad eas uenire
dignatur. Sequitur. Et uestigia tua non
cognoscentur. Hoc cum impugnatione le
gendum est. ut cum palam uenerit. tantisque
se demonstrauerit miraculis. non sit tamen
cognitus ab infidelibus iudaeis. Merito ergo
illis exprobrat. quia tantae maiestati et tam praesen
tibus beneficiis credere noluerunt. Vesti
gia siquidem significant praesentiam corporalem.
Nam uestigium est plantae signum quod fa
cimus ambulantes. Deduxisti sicut oues po
pulum tuum. in manu moysi et aaron.
Cum hoc miraculum nulli alteri possit
aptari. sine dubio et illa imputatio quae
praecessit quia non cognouerunt uestigia eius. ad
populum pertinet hebreorum. Deducti enim sunt
in moysi et aaron manu. id est operatione
quam diuersorum miraculorum nouitate fa
ciebant. Et bene dixit sicut oues. non tamen oues
quia non credendo facti sunt hedi. Hic enim sicut
ueritatem non significat sed imaginationem. Moy
ses autem interpretatur assumptus. quoniam de flumine col
lectus est a filia pharaonis. aaron uero fortitu
dinis mons. Quae nomina. ipsas quoque uirtutes
quas fecerunt uidentur exprimere. Moyses enim
inter alia iubente domino in aquis est operatus
quando in mari rubro hebreis uiam fecit habe
re terrenam. significans per baptismatis donum li
berandum esse populum fidelem. Aaron ecclesiae
tenebat imaginem. quam bene monti for
tissimo comparauit. quae et honore sancto praeminet
et fidei soliditate consistit. His enim ducibus
israhelitarum populum diuina uirtute legi
mus esse liberatum. Conclusio.

Idithun uere humanarum rerum tran
sultor egregie. qui psalmum mirabili insti
tutione cantasti. in tribulationibus exercitatus
negasti te ullomodo consolatum. deinde libe
ratio tua ad perfectam nosceris peruenisse sen
tentiam. Tertio sentis te iam feliciter inmuta
tum. nec tamen prosperis animum relaxas. sed
cum te semper intentum ad magnalia domini per
feceris. augmento quodam sapientiae iugiter
profecisse cognosceris. Quarto. miracula Christi sub
magna exultatione concelebras. Et cum diuer
sa per cunctis institutionem christiano populo qua
saluetur ostendis. Praesta domine. ut sollicita
nos iubeas pietate purgari. quatenus qui
sumus actuum qualitate dissimiles. clementia
tua faciat esse consortes. LXXVII. Intellectus asaph.

Quotiens intellectus inuenitur in
titulis magnae cuiusdam rei nobis significan
tia declaratur. Nam cum intellectum ge
neraliter dicamus. quicquid nos aduertere bo
num malumque facit. hic tamen tunc intellectus
ponitur. quando sensus noster perfecta intel

194